

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput III.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Chv

gnoscamus Deum non humanis cogitationibus & consilijs, sed sua voluntate & sapientia paterna vitam nostram gubernare. Ut autem supplicij tarditatem Deus grauitate compensat: sic dilatas piorum liberationes & præmia, æterno pondere gloriæ cumulabit. Non igitur frangamur mora in periculis, sed firma spe expectemus consolationem, & contra spem in spem credamus, vt Abacuc inquit: Si moram fecerit Dominus, expecta eum, Quia veniens veniet, & non tardabit. Differ, habent paruæ, commoda magna, moræ.

ζεόντα μὲν τὸ Τέλος, εἰς τέλος δὲ τὸν ἀδεῖον.

Εἰς τέλος γὰρ διὰ μὲν ἐπιθυμίας τούτων αἰχμῶν,

διὰ δὲ κακοὶ ωστε εἰκὸς & ποτε στυχοῖν αἱ.

Lenta sunt diuina, sed finis admirabilis:

Digna nam boni ferunt tandem laborum præmia,

Sed malos, ut & aceret, nunquam videbis prosperos.

Quis unquam pudescens est, qui in Domino speravit? Argumentum ab exemplis, de quorum applicatione dulcissime Psalmus 33. Benedic dominum, admonet, cum iubet nos in exempla piorum, qui ad Deum confugentes & liberationem expectantes adiuti sunt, intueri, & simili fide ac liberationem petere & expectare. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Is 40 Pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Impatientia.

Ve his qui desperant de Deo. Extrema patientia sunt, Impatientia, diffidens Deo in ærumnis, & trepidans, ac inconcessa auxilia querens, vt Saul consulit magicam mulierem, & tandem succumbens dolori mortem sibi ipse conciscit: Reges Iudaici discurrunt ad querenda varia præficia, in Egyptum, in Assyriam. Hanc dissidentiam & trepidationem in periculis, nunc hac nunc illac nutantem, Esaias etiam cap. 7. & 30. grauissime reprehendit, Vide ut si leas, noli timere, & cor tuum ne formideret. Si non credideritis, non permanebitis. Item, Si quicueritis, salui eritis: In silentio & spe erit fortitudo vestra. Alterum extrellum est Hypocritica tolerancia. Qui dominum timent, credunt verbo eius. Pij sunt patientes, & firmo ac stabili corde in ærumnis usque ad finem perseverant.

Caput III.

Sedulitas.

*D*e pietate erga parentes, & de Humilitate seu Modestia, cuius pars est Sedulitas, fideliter & constanter propriæ vocationis officia necessaria faciens, & vitans πολυπεγγυούσιων, seu curiositatem superbam, concionatur. Et quartum Decalogi præceptum crudita paraphrasi illustratur. Est autem pietas erga parentes, virtus, quæ parentibus & cognatis debitum amorem & honorem, tum verbis, tum re ipsa, tum patientia tribuit. Primum verbis & vero corde agnoscamus & profiteamur, Parentes à Deo nobis præfectos esse, & Deum immensa beneficia, vitam, victimum, honestam disciplinam & veram Dei agnitionem per parentes nobis impertire. Ideoque propter Dcūm autorem & custodem ordinis a se instituti nos ei reuerenter subiçiamus. Secundo, Re ipsa seu omnibus officijs obedi-

Pietas erga parentes.

entia, gratitudinis, & beneficentiae seu *αἰριπελαγητως* eos colamus. Tertio, Patientia seu *πάτιεια* aliquas parentum infirmitates & nauos, præser-
tim in eorum senecta, æquo animo feramus & condonemus.

F IIII obedite mihi patri vestro, & ita vivite, ut
feliciter agatis. Liberis Deus iniungit, ut pa-
rentes reuereantur, & ipse vult, ut mandato ma-
tris pareant. Qui reueretur patrem suum, illius
peccatis parcit Deus, & qui honorat matrem suam, ingentem
sibi thesaurum congregat. Qui suspicit patrem suum, viciſſim
desuis liberis gaudebit, & quandocunque orauerit, coram Deo
exaudietur. Qui parentem suum reueretur, longauus erit, &
qui propter Dominum obedit, consolationi erit matri sua. Qui
vere timet Deum, reueretur & patrem suum, inseruitq; paren-
tibus, & agnoscit suos esse maiores. Honora patrem & ma-
trem, cum verbis, tum reipsa, tum patientia tua, ut uberem be-
nictionem accipias. Nam benedictio patris adificat domus
liberiorum: Maledictio autem matris euertit eas. Noli deri-
dere errata patris, neque enim tibi honori est. Si patrem hono-
res, hoc & tibi honori est. Si vero indigne tractes matrem, tibi
ipsi dedecori est. Fili mi, patrem tuum soue in senecta, & no-
li eum contristare, quam diu viuit. Tolcra eum si repuerascit,
noli eum contemnere, quod per atatem sis vegetior. Benefi-
ciorum que patri impendis apud Deum non est obliuio, & bene-
ficia viciſſim accipies, etiam si peccator sis. Tempore tentatio-
nis tua memoria erit tui, & peccata tua abluentur, ut glacies in
Sole liquefacientur. Qui deserit patrem suum, pudeſſet, & qui con-
trifat matrem, maledictus est coram Domino.

Fili mi, demissum te gere, accommoda te humilibus. Nam
melius hoc est quam omnia, qua mundus conjectatur. Quo
maior es, eo gere te demissus, tunc Dominus fauebit tibi. Nam
Dominus est altissimus, & tamen magna per humiles & affli-
ctos operatur. Ne ambias subinde conditionem splendidio-
rem, & ne cogitaueris ultra vires tuas. Quod Deus tibi iniun-
xit, huic sedulo incumbe. Non enim proderit tibi, si ad ea an-
helas, qua Deus non iniunxit. Quod tua vocacionis non est, ne
captes curiosus. Nam si attendas, iam plus tibi iniunctum est,

Pietas erga
parentes.

Xx 3 quam

Chy

quam exequi possis. Nimirum enim fidere & sumere sibi, decipit multos, & eiusmodi temeritas non paucos euertit. Nam qui amat periculum, peribit in illo: & temere agentes tandem successus destituit. Homo temere agens, ipse sibi plurimum conscientia, & nunc hoc nunc illud damnum dat. Superbia & arrogancia nunquam quicquam boni peperit, neq; aliud ex ea, quam omnia pessima sequi solent.

FILII obedite mibi patri vestro, & ita viuite, ut feliciter agatis. Propositione adhortationis ad pietatem seu obedientiam parentibus praestandum, iuxta quartum præceptum. *Liberis Deus iniungit, ut parentes reverentur.* Primum argumentum, Ab honesto seu mandato Dei. *D e u s sapientia & bonitate miranda, hunc ordinem in societate Oeconomicâ instituit, vt sint parentes legitimè coniuncti, ex quibus certa lege genus humanum propagetur: ac vt parentes liberis suis viatum, defensionem, duciplinam, rerum honestarum doctrinam, & in primis veram Christi notitiam impertiant. Et liberi vicissim parentibus reverenter se subiiciant & obediunt. Quare propter Deum authorem & custodem huius ordinis, & severissime mandantem obedientiam, vero corde parentibus amorem & honorem debitum, & verbis, & re ipsa, & patientia praestemus.*

Qui reveretur Patrem, illi vicissim parcit Deus, & ingentem sibi thesaurum congregat. Secundum argumentum, ab effectibus pietatis erga parentes, seu ab utili.

O'σις ἦ τὸς τενόρων τοῦ Βίου σῖδη,
Οὐδὲ εἰ τὴν Καὶ τὴν Δακὸν Διὰ φίλον.
Quisquis parentes hic pie viuens colit,
Is viuus est & mortuus carius D e u s.

Illi peccatis parcat Deus mitigans poenas: nam culpa propter filium Christum remittitur. *Qui honorat patrem suum, vicissim de liberis suis gaudebit.* Econtra qui contumelia afficit patrem suum, is a suis liberis vicissim contemnetur. *Οἴα τὸν πάτερνον, τοῦν τέλον αὐτὸν ικαρί.* Sicut fecisti, ita fiet tibi. Aristoteles *Ιθικ.* ζ. recitat patrem, cum a filio vapularet, & crinibus extra limen domus traheretur, orasse filium, ut subsisteret, quia ipse suum patrem non ultrae traxisset. *Seneca:*

*Quod quisq; fecit, patitur. autorem scelus
Repetit, suoq; premitur exemplo nocens.*

Consolationi erit matri sua. Ut apud Homerum Hector complectens filium Astyanactem precatur, ut virtute excellat, & matri solatio & voluptatis, *χαρέαν τὸν Φέρεν μήτην.* Sic Epaminondas in Apophthegmatis Plutarchi laetatur, se parentes adhuc viuos gloriae suae spectatores habere. *Benedictio patris edificat domus liberorum.* Genes. 27. Isaac benedicit Jacob. Genes. 49. Jacob benedicit duodecim Patriarchis. Et meminimus exempla, vbi diræ imprecations parentum, tristes calamitates liberis accersuerunt. Recens historia de pueri Friburgensi nota est.

Si patrem honores: hoc tibi honori est.]

Οὐκ εἴ τινοι τέτοιοι καλλιεργεῖσαν,

Η μαρτός ἐθλεύ πάγαν τε Θυμέναι,

Καὶ τοῖς τεκτονῶν ἀξιαν τύπου νέμεται.

Non maius esse liberis decus potest.

Quām si bonis parentibus sint editi,

Eosq., sicuti decet, piē colant.

Patrem tuum fove in senecta. Id Græci nominavit αὐτιπελαργεῖν. Nam Ciconiae scribuntur parentes senio confessos alere, & suis humeris gestare. Lucianus: χαρισμάτων, sacrificium gratitudinis debitæ pro nutricione appellat. Sophocles:

ἴσι σφι γένηται γηροσόσιοι εἰς ἀπό.

Exemplum insigne extat in historia urbis Catanae de duobus fratribus, qui parentes senes humeris suis impositos ex incendio gestarunt.

Illis diutie sole materj, paterj,

Hanc rapiunt prædam, mediumj, exire per ignem,

Ipsò dante fidem, properant. O' maxima rerum

Et merito pietas homini tutissima virtus!

Erubuere pios iuuenes attingere flamme,

Et quacunq., scrunt illi vestigia cedunt.

Fili mi, libenter mancas in humili vitæ genere, seu demissum te gere, & accommoda te humilibus. Utilessima regula vitæ, de necessarijs & proprijs nostris vocationis laboribus modeste & fideliter obeundis, & viranda πολυτελεύτων alienis negotijs se ambitiose ingerente, hoc in loco à Syracide traditur, congruens cum Pauli dicto, 1. Thes. 4. In hoc sitis ambitiosi, vt quietis sitis, propria agatis, & laboreis proprijs manibus vestris, sicut præcepivobis. Scimus autem severissimum Dei mandatum esse, vt suæ vocationis labores proprios, & diuinitus mandatos, quisque intelligat, & fideliter ac sedulo faciat, nec πολυτελεύτων alienæ vocationis negotijs se fereat, aut neglectis necessarijs πάρτησα faciat, vt scriptum est, Propria agatis. Item, Quæ tibi præcipio, hæc tantum facito, non addas aliquid neque minus.

Feceris haec quidquam, nisi quod fecisse necesse est,

Quamj dedit, norma est una sequenda, Deus.

Ita hoc in loco Syracides sapientissime præcipit: Quod Deus tibi iniunxit, huic sedulo incumbere: Quod vero tuæ vocationis non est, ne captes curiosus. Nam si attendas, iam plus tibi iniunctum est, quām exequi possis, vt Scholasticus diligenter discat & fideliter doceat. Concionator non habeat alterum pedem in suggesto, alterum in curia, vel castris, vt Munzertus, Bernardus Rotman. Principes & gubernatores politici regant iudicia, disciplinam, pacem, curent recte institui & foyeri ecclesiias & Scholas, non instituant nouas religiones, nec præscribant pastoribus, quid concionari debeant, vt ille ad Constantium polypragmonem dicebat: πέσος ἔτερα διατάχεις, ἑργα δικαῖοις, cùm ad alia ordinatus sis, alia agis.

Est autem Sedulitas, pars virtutis, quæ Humilitas, & à Græcis ταπεινοφορίων, à latinis Modestia appellatur, Quæ moderatur animum, ne superbit, nec maiora vocatione & viribus suis appetat, sed in mediocri ciuam et humili vitæ statu, necessaria aut propria vocationis officia, prælucente vero timore Dei, & fiducia auxilij diuini, diligenter faciat, & omnes actiones & gestus regat, vt cum rectæ rationis, seu naturæ, personarum, temporum, & locorum ordine congruant. Adhibetur itaque ad hanc tertij capitulo.

Chy

pitis partem illustrandam, integra doctrina de humilitate & modestia, & de sedulitate, ac de fugienda ambitione, superbia & πολυπειρωσσί: ex enarratione virtutum primi & quarti præcepti Decalogi. *Fili mihi demissum te gerere, accommoda te humilibus.* Sis humili & modeste contineas te intra metas tuæ vocationis. Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humili corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Quo maiores.]

*Quo quisque est maior, magis est placabilis ira,
Et faciles motus mens generosa capit.*

Seneca. *Nihil magnum est, quod non idem sit placidum.*

Dominus fauebit tibi. 1. Pet. 5. Deus superbis resistit, Humilibus autem dat gratiam. Gregorius: In pelago Scripturæ, elephas natat, & agnus peditat. 2. Corinth. 12. Virtus mea per infirmitatem perficitur.

Ne ambias subinde conditionem splendidiorem.]

Vt si bus edocet si quidquam credis amico,

Viue tibi: & longè nomina magna fuge.

Viue tibi, quantumq; potes prelustria vita:

Secundum prelustri fulmen ab arce venit.

Sis asinus, quemcunque asinum sors aspera fecit:

Qui placide sortem ferre scit, ille sapit.

Qui amat periculum, peribit in illo. Πολυπειρωσσοι erumpentes extra sui officij metas, & maiora viribus extra vocationem suscipientes, turbant ecclesiam & Rempublicam, & sibi ac alijs tristissimas calamitates accersunt, ut Munzerus concionator regens curiam & mouens seditionem rusticorum, interficitur. Antonius appetens totum imperium & inferens bellum Augusto, vincitur, & sibi ipsi mortem consciscit. Dux Moscouie invadens bello principem Tartaricum, capitur, & ex intersecti crano poculum fit, cum hac inscriptione: *Hic aliena appetendo, propria amisit.* Scholastici noctu vagantes & tumultuantes in plateis, vulnera, carcerem, vel alia incommoda sibi sponte accersunt, & αὐτοὶ γένηται τίμωνται εὔχονται.

Caput IIII.

Beneficentia
erga paupe-
res.

O M O prudens libenter dicit verbum Dei, & qui amat sapientiam diligens auditor est. Non aliter atq; aqua ignem extinguit: Ita Eleemosyna extinguit peccatum, & summus remunerator postea suo tempore memor erit, & in rebus aduersis sustentabit beneficium. Fili, noli deserere in necessitate pauperem, neq; durus sis erga egenum. Ne auerteris esurientem, neq; contristainopem in egestate sua. Contristato & mœsto animo ne auge mororem, neq; munus tuum subtrahere à paupere. Petitionem afflicti ne rejicias, & faciem tuam ne auerte à paupere. Ne auerte

antrit-